Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui misit me ut omnis qui
videt filium et credit in eum
habeat vitam eternam Et ego
resuscitabo eum in novissi
mo die Secundum Johannem
In illo tempore dixit dominus Amen
amen dico vobis quia ve
nit hora et nunc est qui mor
tui audient vocem filii dei et
qui audierint vivent Sicut
enim pater habet vitam in semetipso
sic dedit et filio vitam habere
in semetipso et potestatem de
dit ei et iudicium facere quia
filius hominis est Nolite
mirari hoc quia venit
hora in qua omnis qui in
monumentis sunt audient
vocem filii dei et procedent
qui bona fecerunt in re
surrectionem vite qui vero
mala egerunt in resurrec
tionem iudicii Secundum Johannem
In illo tempore dixit dominus et ait
vobis in veritate Ego sum pa
nis vivus qui de celo des
cendi Si quis manducaverit
ex hoc pane vivet
in eternum Et panis quem
ego dedero caro mea est pro
mundi vita Litigabant ergo
iudei ad invicem dicentes Quo
modo potest hic nobis dare car
nem suam ad manducandum Dixit
ergo eis iesus Amen amen
dico vobis Nisi manducaveritis carnem filii hominis et
biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis
Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem
habet vitam eternam Et ego
resuscitabo eum in novissi
mo die Secundum Johannem
In illo tempore Sicut pater
suscitat mortuos et vi
vificat sic et filius quos
vult vivificat neque enim
pater iudicat quemquam Sed
iudicium omne dedit filio ut
omnis honorificet filium ho
norificat patrem Qui non
honorificat filium non ho
norificat patrem qui misit
illum Amen amen dico vobis
quia qui verbum meum audit
et credit ei qui misit me
habet vitam eternam Et in